Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



441

·CCC·xxiij·

In illo tem· Dixit dominus Nichil opertum quod non revelet et
occultum quod non sciatur Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine
et quod in aure auditis predicate super tecta Et nolite timere eos qui
occidunt corpus animam autem non possunt occidere sed potius eum time
te qui potest corpus et animam perdere in gehenna Nonne duo passeres
asse veneunt Et unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro
Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt Nolite ergo time
re multis passeribus meliores estis vos Omnis quicumque confitebitur me
coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis Qui
autem negaverit me coram hominibus negabo et ego eum coram patre meo Off·
Letamini in domino et exultate iusti et glori· omnes recti corde Secreta Accepta
sit in conspectu tuo domine nostra devotio et eorum nobis fiat supplicatio de salu
taris pro quorum sollempnitate deferitur Pro Comm· Si istud eos qui
me credent hec sequentur dimittam eis et manus ponent et bene habebunt
Compl· Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster ut cui
exequimur cultum sentiamus effectum Pro Inuisitatio s· laurencij·
Ipse fecit pauperibus iustis eius in eternum sedet cornu eius exaltatum est in gloria
Ps· Exultate iusti in domino rectos decet laudatio Ad festum domine supplicationibus nostris
et intercessione beati laurencij martyris tui perpetua nobis misericordia
benignus impende Pro Ipso die Romani martyris Ad festum domine
supplicationibus nostris CCC·lxxxvij· Pro li· Sapienciae
Confitebor tibi domine rex et collaudabo te deum salvatorem meum
confitebor tibi quoniam adiutor et protector factus es mihi et liberasti
corpus meum a perditione a laqueo linguae iniquae et a labiis operan
tium mendacium Et in conspectu populi factus es mihi adiutor
et liberasti me secundum multitudinem miserationum tuarum Misericordiam
petens ad te cum gemitibus quaerentium animam meam et deportus